

SECUNDI REG.

iste quadraginta annorum . ex eo enim quod David à tempore hoc non cognovit amplius aliquam uxorem suam (ut subiuncta testantur) appetet quod senex erat non vacans amplius generationi filiorum: & propterea non potest intelligi quadragesimus annus ætatis Davidis . nec quadragesimus annus ab initio quo fuerunt reges in Israel: quoniam quadragesimo anno ab initio regum David aut nodum regnabat (si Saul quadraginta annis regnauit) aut quinquagenerius erat David si Saul viginti duntaxat annis regnauit. Ex eo vero quod post hanc persecutionem David vixit multos annos (utpote valens adhuc exire ad prælium & pedes incedere itinere non modico, & qui tot subiuncta postea efficerit) non potest intelligi quadragesimus annus regni eius: quoniam annus quadragesimus fuit in fine vitæ eius, quando ita frigebat ut nec operitus pannis calefieret. Et eadem ratione excluditur quadragesimus annus ætatis Absalon: quoniam forte nec trigesimum annum peregerat: utpote qui natus fuerat in Hebron regnante Davide. Intelligere autem quadragesimum annum à clade sacerdotum à Saule facta occasione Davidis , & incertum est (quia ratio numeri nescitur) & minus quadrat hanc persecutionem passum fuisse Davidem, quia fuit occasio illius clavis: quoniam Nathan propheta manifeste dixit propter peccatum aduersus Viriam ex parte Dei, ecce ego suscitaro aduersum te malum de domino tua: nec est dubium quod sufficiens causa meritaria huius persecutionis fuit peccatum in facto Viria. Incertum quoque est an sit iermo de quadragesimo anno ab exaltatione Davidis que fuit percutio Goliath Pelithino: magis tamen quadrat & materie & ætati Davidis huiusmodi suppeditatio quam quæcumque dictarum. materie quidem ut quadragesimo anno ab exaltatione describatur depreſio: ætati autem quia huiusmodi quadragesimo anno David iam senex erat: hoc est inter sexagesimum & septuagesimum annum sua ætatis. Non desunt tamen dicentes posse intelligi à fine quadraginta annorum, hoc est à quarta decade annorum regni Davidis, quod si Hebraica litera admittit, proculdubio complectendum est pro literali sensu: quia absolute narrando & fuit à fine quadraginta annorum, absque ullo scrupulo præ se fert numerum annorum regni. & quia non potest verificari de numero singulorum annorum, & verificatur de nu-

de numero decadum annorum regni Davidis, ideo ut ger manus sensus admittendus esset: quarta enim decas annorum regni Davidis inchoauit à sexagesimo anno ætatis eius. Elige prudens lector inter ambigua quod magis videbitur. & dixit Absalom ad regem, vadam quæsò & reddam votum meum quod vovi domino in Chebron, ciuitate in qua natus fuerat ipse Absalon. Votum enim vovis seruus tuus cum esses in Ghesur Syria dicendo: si reducendo reducerit me dominus in Ierusalaim, sacrificabo domino. Iuxta Hebreum habetur. & seruam Iehovah. Finxit Absalon seruiturum se non patuo tempore summo Deo & hanc seruitutem exhibere se velle in ciuitate in qua natus fuerat. Qualis autem fuerit seruitus ista, non est scriptum: sed locum extra Ierusalem elegit & tempus seruitutis non modicum, ut commode posset coniurationem conceptam exequi & perficere. Dixitque ei rex, vade in pace: & surrexit & abiit in Chebron.

Misit autem Absalom exploratores in omnes tribus Israel dicendo: cum audieritis sonitum buccinae. Ex eo quod ad singulas tribus misit exploratores ad hoc ut audito sono buccinæ promulgaretur regnum eius, insinuatur exploratoribus commissum fuisse ut ipsis verbis explanarent populis quid significaret sonus buccinæ. Rursus hinc quoque insinuatur multis præparasse cornicularios mittendos ad singulas tribus statim ut in Hebron sonaret buccina. dicitur, regnabit: Iuxta Hebreum habetur. regnabit Absalom in Chebron. prædictum enim quod non mittet cornicularios nisi erectus fuerit in regem. & propterea ordinat ut aduenientibus corniculariis, dicitur, regnabit Absalom in Hebron: ut sic populi clamarent viuat rex Absalom. Et cum Absalom iauerunt ducenti viri de Ierusalaim, vocati & euntes in simplicitate sua: nec sciebant quicquam. Accersuitque Absalom Achithophel Ghilonitam consiliarium Davidis de ciuitate sua Ghilo cum immolare victimas: & fuit coniunctio valida, & populus ibat & multiplicabatur cum Absalom.

Et venit nuncius ad David dicendo: fuit cor virorum Israel post Absalom. Atque David omnibus seruis suis qui erant cum eo in Ierusalaim: surgite & fugianus, quia non erit nobis effugium à facie Absalom, festinate abire ne forte veniens occupet nos & impletat super nos ruinam. Legendum esset, ne festinet & assequatur nos & impellat super nos malum, & percutiat ciuitatem in ore gladii, sed hoc modici momenti est. Dixerantque serui regis

As iij ad

ad cum secundum omne quod elegerit dominus meus rex, ecce seruitui. Et egressus est rex & tota domus eius pedibus suis: reliquitque rex decem mulieres concubinas ad custodiendum domum. Egressusque est rex & omnis Israel. Legendum est. & totus populus pedibus suis: & steterunt procul a domo. Aiunt potius legendum, in loco longinquo, sed in idem reddit. Et omnes servi eius ambulabant iuxta eum. Iuxta Hebraeum habetur, transeunte iuxta manum eius. Describitur rex sistens & ante oculos suos faciens transire seruos suos, & specialiter. & legiones Cherethi & Pelethi. Iuxta Hebraeum habetur, & omnis Cherethi & omnis Pelethi. sunt enim numeri singularis Cherethi & Pelethi: & significant ut superius dictum est custodiam Dauidis. & omnes Ghithaei pugnatores validi. Superfluit pugnatores validi. sexcenti viri qui fecerunt eum fuerant de Ggash, precedebant regem. Legendum est. transeunte coram rege. Societas enim Ghethorum similiiter transiens describitur.

Dixit autem rex ad Itthai Ghithaeum: cur venis etiam tu nobiscum? reuertere & mane cum rege, quia incognitus es & egressus es de loco tuo. Parui refert quod Hebraice habetur. & etiam vagans tu ad locum tuum. Condolens Dauid praefecto Ghethorum quod adhuc vagans ad querendum locum eat. Heri venisti, & hodie compelleris nobiscum egredi. Parui refert quod Hebraice habetur. & hodie faciam mouere te nobiscum ad eundum. Heri & hodie dicuntur ad significandum modicum temporis interuallum. & ego vadens super quod ego vadens? quasi dicat, ego vado vagus (utpote incertus quo pergam) nec decet ut similiter faciam te vagari. reuertere & reduc fratres tuos, & dominus faciat tecum misericordiam & veritatem quia ostendisti gratiam & fidem. Iuxta Hebraeum habetur duntaxat. reuertere & reduc fratres tuos, tecum gratia & veritas. Et sunt verba Dauidis imprecantis vniuersa dona Dei reuertentibus Ghethaeis: acsi diceretur, yalete felices. Et respondit Itthai ad regem & dixit, viuit dominus & viuat dominus meus rex, si non in loco in quo fuerit dominus meus rex (sive ad mortem sive ad vitam) ibi fuerit seruus tuus. Dixitque Dauid ad Itthai, veni & transi: & transiit Itthai Ghithaeus & rex. Superfluit & rex. & omnes viri eius, & reliqua multitudine. Legendum est. & omnis parvulus qui erat cum eo. Parvuli enim significantur etiam transeunte. Omnesque flebant.

Iuxta

Iuxta Hebraeum habetur. Et tota terra plorans voce magna. De ciuitate Ierusalem est sermo. & totus populus transiens: rex autem transibat per torrentem Cidron, & totus populus transibat contra viam olivam. Legendum est. contra faciem via ad desertum.

Venit autem & Zadoc. Iuxta Hebraeum habetur. Et ecce etiam Zadoc & omnes leuitae cum eo portantes arcam fidei Elohim. Insinuatur quod tunc venerit Zadoc cum arca fidei Elohim. & deposuerunt arcam Dei. Iuxta Hebraeum habetur. & fecerunt stare arcam Elohim: ad hoc ut consuleretur deus. & ascensit Eb' iathar donec terminaret omnis populus transire de ciuitate. Durante transitu populi Ab'iathar sacerdos ascendit mente ad supplicandum deo coram arca, procul dubio pro Dauide. Et quia nulla scribitur diuina responsio, creditur deum non respondisse, in cuius signum non amplius expectandum cœluit Dauid: sed dixit ad Zadoc ut reduceret arcam Elohim in ciuitatem. Et dixit rex ad Zadoc, reduc arcam Dei in ciuitatem: si inuenero gratiam in oculis domini, reduc me, & ostenderes mihi eam & habitaculum eius. Si autem dixerit, non complacui in te: ecce me, facias mihi sicut bonum est in oculis eius. Et dixit rex ad Zadoc sacerdotem, o videns, Iuxta Hebraeum habetur. Nonne videns tu? reuertere in ciuitatem in pace, & affirmationem sonat Hebraice: perinde ac diceretur, quia officio videnter tu fungeris, ideo reuertere. Et est sermo de officio videndi quid agatur ab Absalon & ciuitate: ut subiuncta testantur. adhuc enim non comparuerat Chusai archites, cui postea intinxit Dauid ut etiam ipse videret & nunciaret. & Achimaham filius & Iehonathan filius Eb'iathar duo filii vestri vobiscum. Ecce ego abscondar. Iuxta Hebraeum habetur. Videbo ego morians in capistris deserti, donec veniat verbum a vobis ad nunciadum mibi. Manifestat ad quid vigilare videndo debeant: videlicet ad indicandum ei per filios successum rei. Reduxitque Zadoc & Eb'iathar arcam Dei in Ierusalem. Nomē est Elohim: & manserunt ibi. Dauid autem ascendebat per ascensum olivarum ascendens & flens, & operio capite & nudis pedibus incedens. Hinc apparet manifeste quod non in fine regni Dauidis hoc fuit: quoniam potens erat ad iter agendum Dauid. Et totus populus qui erat cum eo, opero capite ascendebat ascendendo & flendo.

Dauidi autem nunciatum est dicendo, Achithophel est in con-

Aa iiiij iuratione

SECUNDI REG.

iuratio cum Absalom: dixitque ei David. Superfluit ei, nā non nuncianti sed Deo dixit David, infatua queso consilium Achitophel domine.

Et fuit David venit usque ad verticem adoraturus ibi Deū. Nomen est Elohim. Locūque describitur unde postremus esset aspectus ad Siō in qua erat arca Dei: & propterea ibi postremo adorauit David Deum tāquam valefaciens. & ecce occurrit ei Chusai archites scissa ueste & terram habēte super caput suū. Dixitque ei David: Si veneris mecum, eris mihi oneri. Si autem in ciuitate reuertaris et dixeris Absalom seruus tuus ego rex ero, patere me vivere. In hebreo non habetur patere me vivere. seruus patris tui fui ex tunc, nunc autem ero seruus tuus. Excusari non potest à peccato huiusmodi consilium ad mendacium officiosum. dissipabis mihi consilium Achitophel. Habebis ibi tecum Zadoc & Eb'iahaz sacerdotes: & erit, omne verbum quod audies de domo regni indicabis Zadoc & Eb'iahaz sacerdotibus. Ecce ibi sunt cū eis duo filii eorum Achimaham Zadoco & Ichonathan Eb'iahavo: & mittitis per manum eorum ad me omne verbum quod audieritis. Venique Chusai amicus David iu ciuitatem: & Absalom venit in Ierusalaim & Achitophel cum eo. Superfluit & Achitophel cū eo.

CAP. XVI.

David autem transferat paululum de vertice & ecce Ziba puer Mephiboseth in occursum eius: & par asinorum stratorum & super eos erant ducenti panes & centum ligature vīe passa & septem massae palatarum, Luxta hebreū habetur. & centum serta sicuum. Quod autem subditur, & duo vīres vīni. Luxta hebreū habetur. & vīri vīni. nec est opus expositione. Et dixit rex ad Zibam quid sibi volunt ista? & dixit Ziba, asini sunt pro domesticis regis ad equitandum & panis ad fūcū ut comedant pueri. Quia tunc temporis vrebantur asini ad equitandum, ideo domesticis regis minus assuetis ad iter agendum offert asinos, ut fatigatus aliquis equitando refocillaretur. et vīnū ut bibat si quis defecerit. Luxta hebreū habetur. lassus in deserto. Dixitq; rex & vībi est filius Domini tui? & dixit Ziba ad regem, ecce manet in Ierusalaim; dixit enim hodie, restituit mīhi domus Israel regnum patri mei. Calumniatus est iste filius Ionathæ: ut testatur icripta inferius in ca. 19. Et ait rex ad Zibam, ecce tibi sint omnia que habet Mephiboseth. Iniqua temeraria; sententia fuit hæc inaudita parte: præter hoc quod ingratisimi animi erga Ionatham fuit. oro, Luxta hebreū habetur.

CAPVT XVI.

181

habetur. adorauit, innueniā gratiā in oculis tuis domine mi rex. Astutus seraū fingit se non venisse ad Dauidem ut accusaret Mephiboseth & surrogaretur in illius agros: sed ad hoc ut inueniret gratiā in oculis regis. huc enim tendunt hæc verba adorauit (proculdubio te offerendo hæc munuscula) ut inueniam gratiam in oculis tuis.

Venit autem rex David usque ad Bachurim: & ecce inde vir exiēs de cognatione domus Saul nomine Simhi filius Gher & exiēs exundo & maledicendo. Et lapidabat lapidibus Dauidem & omnes seruos regis Dauidis: totūque populus & omnes bellatores. Parui refert quod hebraicē habet. & omnes potentes à dextera eius & à sinistra eius, de potentia siquidem virium est sermo. Sic autem dicebat Simhi dum malediceret illi: egredere egredere vir sanguinum. hoc est effusor sanguinis multorū innocentiorū. & vir Bel'iahaz. hoc est absq; iugo procedens in actibus tuis. Redidit tibi dominus totum sanguinem domus Saul qui regnasti pro eo deditq; dominus regnum in manum Absalon filii tui: & ecce es in mano tuo, quia vir sanguinum es.

Dixitque Abisai filius Zeru'ie ad regem: cur maledicit canis hic moriturus. Luxta hebreū habetur. mortuus domino meo regi. Verba sunt patruipēsonis. transibo queso & remouebo caput eius. Et ait rex quid mihi & vobis est filius Zeru'ie, quia maledicet. hoc est nolo vobiscū communicare in animo vindicandi. occiderat enim Abner isti filii Seruise sororis Dauidis: nō sit inquit mihi & vobis cōmuniſ vīdicta cōtra maledicū. dominus enim precepit ei ut malediceret Dauidem, et quis est qui audiat dicere quare sic fecerit? Parui refert quod hebraicē habet. & quia Ichouah dixit cī malefic Dauidem, & quis dicit quare fecisti sic? Agnoscit & fatetur Dauid maledictionē illam quatenus poenale sibi procedere à Deo propter peccata sua: & propterea dicit summum Deū dixisse Semei maledic Dauidem. dixit siquidem deus non verbo, sed facto efficiendo per Semei maledictionē illam non quatenus erat peccatum, sed quatenus erat pena ipsius Dauidis: quemadmodum superioris etiam per os Nathan dixerat suscitabo malū de domo tua non quatenus erat malū culpa, sed pena. Et ait Dauid ad Abisai & ad omnes seruos suos; ecce filius mīus qui egressus est de vīto meo. Luxta hebreū habet. de visceribus meis. semen enim ex visceribus egreditur. querit animam meam, quāto magis hic filius Iemini. hoc est Benjamin ut alias dictum est, maledicet? finite cum & maledicat

Luxta

SECUNDI REG.

s̄uratio cum Absalom: dixitque ei David. Superfluit ei, nā non nunciāt sed Deo dixit David. infatna queso consilium Achitophel domine.

Et fuit David venit usque ad verticem adoratus ibi D̄. Nō men est Elohim. Locū que describitur vnde postremus esset aspectus ad S̄iō in qua erat arca Dei: & propterea ibi postremo adoravit David Deum tāquam valefaciens. & ecce occurrit ei Chusai archites scissa ueste & terram habēte super caput suū. Dixitque ei David: Si veneris mecum, eris mihi oneri. Si autem in ciuitate reuertaris et dixeris Absalom seruus tuus ego rex ero, patere me viuere. In hebræo non habetur patere me viuere. seruus patris tui fui ex tunc, nunc autem ero seruus tuus. Excusari non potest à peccato huiusmodi consilium ad mendaciū officiosum. disipabis mihi consilium Achitophel. Habebis ibi tecum Zadoc & Eb' iathar sacerdotes: & erit, omne verbum quod audies de domo regni indicabis Zadoc & Eb' iathar sacerdotibus. Ecce ibi sunt cū eis duo filii eorum Achimaham Zadoco & Ichonathan Eb' iatharo: & mittitis per manum eorum ad me omne verbum quod audieritis. Venitque Chusai amicus David in ciuitatem: & Absalom venit in Ierusalaim & Achitophel cum eo. Superfluit & Achitophel cū eo.

C A P . X V I .

Dixit autem transierat paululum de vertice & ecce Ziba puer Mephiboseth in occursum eius: & par asinorum stratorum & super eos erant ducenti panes & centum ligature vne passa & septem massa palatarum, Iuxta hebraūm habetur. & centum sera sicuum. Quod autem subditur & duo vtr̄es vni. Iuxta hebraūm habetur. & vter vni. nec est opus expositione. Et dixit rex ad Zibam quid sibi volunt ista? & dixit Ziba, asini sunt pro domesticis regis ad equitandum & panis ac fics ut comedant pueri. Quia tunc temporis vtebantur asinis ad equitandum, ideo domesticis regis minus assuetis ad iter agendum offert asinos, ut fatigatus aliquis equitudo refocillaretur. et vnu ut bibat si quis defecisset. Iuxta hebraūm habetur. lassus in deserto. Dixitq; rex & vbi est filius Domini tuī? & dixit Ziba ad regem, ecce manet in Ierusalaim; dicit enim hodie, restituet mihi dominus Iſrael regnū patrii mei. Calumniatus est iste filium Ionathā: ut testatur icripta inferius in ca. 19. Et ait rex ad Zibam, ecce tibi sunt omnia que habet Mephiboseth. Iniqua temeraria; sententia fuit hēc inaudita parte: prēter hoc quod ingratissimi animi erga Ionatham fuit. oīo, Iuxta hebraūm habetur.

C A P V T XVI.

181

habetur. adorauis innuētā gratiā in oculis tuis domine mi rex. Astutus seruos fingit se non venisse ad Dauidem vt accusaret Mephiboseth & surrogaretur in illius agros: sed ad hoc vt inueniret gratiā in oculis regis, huc enim tendunt hēc verba adorauis (proculdubio te offerendo hēc munuscula) vt inueniam gratiam in oculis tuis.

Venit autem rex Dauid usque ad Bachurim: & ecce inde vir exiēs de cognatione domus Saul nomine Simhi filius Ghera exiēs excedendo & maledicendo. Et lapidabat lapidis Dauidem & omnes seruos regis Dauidis: totisque populus & omnes bellatores. Parui refert quod hebraice habet. & omnes potentes à dextera eius & à sinistra eius, de potentia siquidem virium est fermō. Sic autem dicebat Simhi dum malediceret illi: egredere egredere vir sanguinum, hoc est effusor sanguinis multorum innocentium. & vir Bel' iahal, hoc est absq; iugō procedens in astibus tuis. Redidit tibi dominus totum sanguinem domus Saul qui regnasti pro eo deditq; dominus regnū in manum Absalon filii tui: & ecce es in malo tuo, quia vir sanguinum es.

Dixitque Abisai filius Zeru'ia ad regem: cur maledicit canis hic moriturus, iuxta hebraū habetur. mortuuus domino meo regi? Verba sunt patuipēsonis. transibo queso & remouebo caput eius. Et ait rex quid mihi & vobis est filii Zeru'ia, quia maledicet, hoc est nolo vobiscū communicare in animo vindicandi. occiderat enim Abner isti filii Seruia sororis Dauidis: nō sit inquit mihi & vobis cōmuniis vindicta cōtra maledicū, dominus enim praecepit ei vt malediceret Dauidi, et quis est qui audiat dicere quare fecerit? Parui refert quod hebraice habet. & quia Ichonah dixit ei maledic Dauidem, & quis dicit quare fecisti? sit? Agnoscit & fatetur David maledictionē illam quatenus pœnalē sibi procedere à Deo propter peccata sua: & propterea dicit summum D̄ dixisse Semei maledic Dauidem. dixit siquidem deus non verbo, sed facto efficiendo per Semei maledictionē illam non quatenus erat peccatum, sed quatenus erat pœna ipsius Dauidis: quemadmodum superius etiam per os Nathan dixerat suscitabo malū de domo tua non quatenus erat malū culpæ, sed pœna. Et ait Dauid ad Abisai & ad omnes seruos suos: ecce filius meus qui egressus est de vtero meo. Iuxta hebraū habet. de visceribus meis, semen enim ex visceribus egressit. querit animam meam, quanto magis hic filius Lemini, hoc est Beniamin vt alias dictum est, maledicet? finit eum & maledicat Iuxta

SECUNDI REG.

Iuxta preceptum Domini. Iuxta hebreum habetur. quia dixit eis Ichouah. quod iam expositum est. Forstam respiciet dominus ad afflictionem meam: & reddet dominus mihi bonum pro maledictione eius die hac. Sciens se iuste pati non audet in spem certam premissi: sed sub dubio ponit dicendo, forte videbit oculo misericordie afflictionem meam & imputabit ad meritum patientiam meam. Et ibat David & viri eius per viam: Semei autem per iugum montis ex latere contra illum gradiebatur. Iuxta Hebreum habetur. Et Simbi ambulans in latere montis in regione ipsius cundo & maledicendo, & lapidando lapidibus in regione ipsius, & iactando puluerem. Describitur modus quo ad dispositionem localem: dauidem suis eunte per viam publicam, Semei autem eute per latum motis in regione Dauidis maledicendo & lapidando & puluerem spargendo. Lapidare autem intellige non quod lapides attingerent ad eos, sed quod iaceret lapides versus eos. ad iniuriam enim non ad laendum tendebat. Venitque rex & totus populus qui erat cum eo lassi: & refocillati sunt ibi. Iuxta Hebreum habetur. & requieuit ibi. lassi siquidem desribuntur communiter, sed singulariter scribitur de rege & requieuit ibi. Quanvis de populo communiter intelligi posset & requieuit ibi: hoc est in Bachurim, de quo ultimo dictum est & venit rex Dauid usque ad Bachurim. Absalom autem & totus populus virorum Israel ingressi sunt Ierusalaim, & Achithophel cum eo.

Et fuit cum venit Chusai Archites amicus Dauidis ad Absalom: dixit Chusai ad Absalom: puer rex, puer rex. Adulatis sunt geminata haec verba. Et dixit Absalom ad Chusai: ista est gratia tua ad amicum tuum? cur non iuisti cum amico tuo? Admirantur sunt verba. Dixique Chusai ad Absalom: nequaquam, quia illius ero quem elegit dominus & populus iste & omnes viri Israel, & cum eo maneo. Et hec adulacionis erant. Sed ut & hoc inferam. Iuxta Hebreum habetur. Et secundo. Primam rationem attulerat quia electus est Absalon a summo deo & populo & universo Israele. alteram se adiungere manifestat, quia est filius Dauidis tam amici sui. cui ego seruiam, nonne filio regis? Legendum est. coram filio eius? Non nominat Dauidem regem: sed pronome demonstrat eum quem dixerat Absalon amicum tuum. sicut parui patri tuo, ita parabo & tibi. Iuxta Hebreum habetur. sicut seruini coram patre suo, sic ero tecum. Mentitur, tamen officio mandacio.

Dixit

CAPUT XVII.

182

Dixit autem Absalom ad Achithophel, inite consilium quid agere debamus, iuxta Hebreum habetur. date vobis consilium quid faciemus. Tanquam capiti consilii dicit, date vobis consilium, volens ut cum senibus tractaret quid faciendum est. Erat Achithophel ad Absalom, ingredere ad concubinas patris tui quas dimisit ad custodiendam domum: & audierat totus Israel quod fedaveris patrem tuum, & roboretur manus omnium qui sunt tecum. Ad excludendum tam spem quam timorem reconciliatoris inter patrem & filium, ab animis tam sperantium quam timentium illam consilium dedit tam turpis ignominia. Extenderunt igitur Absalom tentorum super teatum: & ingressus est Absalom ad concubinas patris sui in omnis totius Israel. Ut adimpleretur verbum dei dictum per Nathan prophetam. Consilium autem Achithophel qui consulebat in diebus illis, erat acsi quis interrogasset in verbo dei. Nomen est Elohim. & assimilatur consilium Achithophel verbo responsionis diuinæ non quo ad rectitudinem, sed quo ad adhesionem. narratur enim quod ita adhaerent consilio Achithophel quemadmodum adhaerent responsioni dei consulti. Et quoniam hoc communice subiungitur tam Absalon quam Dauidi, ideo similitudo hæc per modum hyperboles intelligenda est: quemadmodum dicimus homines velocios ut aquilas, & similia. describitur enim ad literam maxima authoritas Achithophel in consilio, ut plusquam homo videretur sapere: & propterea assimilatur diuino responso. sic erat omne consilium Achithophel & Dauidi & Absalom.

CAP. XVI.

Et dixit Achithophel ad Absalom: eligam mihi. Iuxta Hebreum habetur. eligam nunc duodecim millia virorum. Absque ulteriori mora: celerem siquidem persecutionem Dauidis consultit valde vtilem. & consurgam & persequar Dauidem hac nocte. Superfluit hac tempus siquidem nocturnum ad execundum celerem persecutionem prudenter elegit, ut ex improviso aggredientur Dauidem cum suis. Et veniam super eum, & ipse lassus est & solutus manibus. Iuxta Hebreum habetur. Et lentus manus. Tardum seu debilem motum manuum Dauidis & suorum iudicat, ex inedia seu modico alimento ac incommodis multis. & percussam cum. Iuxta Hebreum habetur.

&

SECUNDI REG.

& faciam tremere eum, & fugiet totus populus qui est cum eo. Efficacia aggressionis ordinata describitur: inchoando à terra Davidis & suorum, & adiungendo consequenter fugam territi populi qui est cum Davide, percutiam regem desolatum. Iuxta Hebreum habetur. & percutiam regem solum eum. Et reducam totum populum ad te. Tertius effectus describitur occisio solius regis Davidis: & quartus demum reductio vniuersi populi ad te Absalon regem. quomodo unus homo reuerti solet. Sententia recte redditur: quanuis Hebraice habeatur, sicut reuerti omnis, & est casus genitius omnis. Et est sensus, faciam reuerti totum populum ad te sicut reuerti omnis: hoc est sicut est reuertio cuiuslibet: hoc est tam facile quam facile unus quilibet reuertitur. Deinde immediate sequitur. vir quem tu querens. Et est iensus: non multitudo virorum, sed unus est duntaxat vir quem spectat ad te querere persequendo. Deinde immediate sequitur. omnis populus erit in pace. Sententiae sunt articulatim prolatæ absque aliqua coiunctione, ad reddendum rationem consilij sui utilis tam ipsi regi quam paci vniuersi Israels. Placuisse sermo eius Absalon. Parui refert quod Hebraice habetur. Et rectum fuit verbū in oculis Absalom, & in oculis omnium senum Israel. Rectū censuerunt consilium: relatum ad bonum utile usurpati regni.

Ait autem Absalom: voca etiam queso Chusai architā, & audiamus quid sit etiam in ore eius. Venitque Chusai ad Absalom: & dixit Absalom ad eum dicendo, secundum verbum hoc locus est Achithophel, an faciemus verbum eius? si non, tu loquere.

Et dixit Chusai ad Absalom: non est bonum consilium quod consultuit Achithophel hac vice, quasi diceret: quanuis Achithophel semper alias bonum consilium dare possit, hac tamē vice consilium datum non est bonum. Et prudenter locutus est Chusai, honorando Achithophel & pro hac duntaxat vice consilium illius diuertens, ne redderet se suspectum. Dixitq; Chusai: tu nosti patrem tuum & viros eius esse potentes & amato animo, veluti si visa rapiat catulus in saltu saeviat. Iuxta Hebreum duntaxat habetur, sicut virus orbatus in ago. Et est sermo de orbato filii: asserturq; hec similitudo quo ad amaritudinem animi, & pater tuus vir bellator est. Iuxta Hebreū habetur. vir bellū, hoc est vir sciens ea quae sunt belli, prudens in agendis ac disponendis circa res bellicas, nec morabitur cum populo. Iuxta Hebreum habetur. & non faciet dormire populum. Sic iacet in

CAPUT XVII.

183

in Hebreo. & sonant verba quod seruabit populum cū excubis quasi vigilem in nocte, contra nocturnum tempus electum ab Achithophel ad aggrediendum populum Davidis ex improviso. Forsan nunc laitata in focis aut in uno quo voluerit loco, iuxta Hebreum habetur. Ecce nunc ipse est absconditus in una focearum aut in uno locorum. Contra id quod dixerat Achithophel, percutiā regem solum, dicit quod David prudens non solum populum vigilantem seruat, sed etiam personam suam occultat in latebris alicuius focae, speluncæ aut cuiusvis loci. & erit cum ceciderit quispiam in principio, audiet audiens, & dicet, fuit plaga in populo qui sequitur Absalom. Et fortissimus quisque cuius cor est quasi leonis, panore soluctur. Periculum imminens & cōsilio Achithophel describitur magnipenduum. Nec refert quod Hebraice non scribitur fortissimus: sed. Et ipse etiam filius fortitudinis cuius cor sicut cor leonis, liquefiendo liquefit. in idem enim sententia redit, scit enim totus Israel quod potes est pater tuus, & filii fortitudinis qui sunt cum eo. Sed consulo ut cōgregādo cōgregetur ad te totus Israel à Dan usque ad Beershebah sicut arena iuxta mare in multitudine: & facies tua vadens in bellū. Cōtra id quod dixerat Achithophel quod rex mitteret duodecim millia virorū, consultit Chusai ut congregato vniuerso Israele ipse rex personaliter perget ad bellum. Et venieris ad eum in unum locum in quo inuenietur, extra ciuitates muratas: nam deinde subiungit quid efficient si fuerint in ciuitate murata. & castrametabimur contra eum sicut cadis ros super terram: & non relinquatur ex eo & ex omnibus viris qui cum eo sunt, etiam unus. Et si in ciuitatem collegerit se, portabit totus Israel ad ciuitatem illam funes: & trahemus eam usque in torrentem, usquequo non inueniatur ibi etiam calculus. Hyperbole est ad significandum tantam virium magnitudinem ut quodammodo trahere possent ciuitatem integrum in flumen.

Dixitque Absalom & omnis vir Israel, melius est consilium Chusai Archite cōsilio Achithophel: domini autem natus dissipatum est consilium Achithophel utile. Iuxta Hebreum habetur. & Iehovah precepit ad frangendum consilium Achithophel bonum, ut induceret Iehovah super Absalom malum. Diuinæ prouidentiae ascribit scripture fractionē consilij Achithophel, quanuis boni: hoc est utilis Absalom. & rationem reddit diuinæ dispositionis: videlicet ut puniret Absalon, qui conspirauerat contra patrem & tam infamem incestum commiserat.

Dixit

SECUNDI REG.

Dixit autem Chusai ad Zadoc & Eb' iathar sacerdotes: hoc & hoc consuluit Achithophel Absalom & senioribus Israel, & hoc & hoc consului ego. Nunc ergo mittite cito, & nunciate Dani' dicen do: ne moreris nocte hac. Superfluit hac. in campestribus deserti. Nesciens Chusai an Absalon sequeretur consilium eius vel Achithophel, tuiorem elegit partem monendo Dauidem ut recedat ex planicie deserti, sed absque dilatione transgredere. Iuxta Hebreum habetur. & etiam transundo transibi, procul dubio iordanem, ne forte absorbeatur rex & totus populus qui est cum eo. Iehonathan autem & Achimaham stabant in fonte Rogel, initique ancilla & nuncianuit eis & ipsi inerunt & nuncianuerunt regi Daudi: non enim poterant videri aut introire ciuitatem. Iuxta Hebreum habetur. quia non posse videntur videri ad veniendum in ciuitatem. Ratio redditur quare Iehonathan & Achimaham erant in fonte Rogel, quia locus ille exemptus erat a visu venientium in ciuitatem: hoc est ingredientium & egredientium per viam publicam. Vident autem eos puer, & nuncianuit Absalom. Accidit ut extra viam esset iste qui vidit eos, & abierunt ambo cito & venerunt ad domum viri in Bachurim qui habebat puteum in atrio suo, & descenderunt in eum. Taliit autem mulier & expandit velamen super faciem putei, quasi scens pisanas. Iuxta Hebreum habetur. & extendit super illud frumentum contusum, & nos est cognita res. Omnia sunt clara. Veneruntque servi Absalom ad mulierem in domum, & dixerunt ubi est Achimaham & Iehonathan? & dixit ei mulier, transferunt festinanter gustata paululum aqua. Iuxta Hebreum habetur. transferunt vadum aqua. nec aliud scribitur: sed subiungitur. & quiescerunt & non inuenierunt, & reuersi sunt in Ierusalem. Et insinuator quod scrutati fuerint domum illam, & non inuenientes reuersi sunt.

Cumque abissent, ascenderunt illi de puto, & abierunt & nuncianerunt regi Daudi: & dixerunt ad Dauid, surgite & transite cito flum. Hebraice scribitur. aquam. sed de aqua iordanis est sermo, ut subiuncta testantur, quia huiuscmodi dedit consilium contra vos Achithophel. Surrexit ergo Dauid & totus populus qui erat cum eo, & transferunt iarden donec dilucesceret. Non habetur in Hebreo, antequam denudaretur verbum. sed duntaxat, donec luceceret mane usque ad unum, non desuit qui non transisset iarden, ad significandum quod ante diem clarum transierunt flum. Porro Achithophel videns quod non esset

CAPVT XVIII. 184

esset factum consilium suum, stravit asinum; & surrexit & abiit ad domum suam ad ciuitatem suam: & disposita domo sua suspendio interiit. Iuxta Hebreum habetur. strangulauit se: & mortuus est, ac sepultus in sepulchro patris sui. Propria interiit sententia, & ipse suimet carnicex fuit actor tam prauorum consiliorum.

David autem venit in castra. Legendum est. in Machanaim. Est enim nomē ciuitatis (ut subiuncta testantur) in qua etiam fuerat Isboseth rex. & Absalom transiit iarden, ipse & omnes viri Israel cum eo. Et Hamasa posuit Absalom pro Ioab super exercitum: Hamasa autem erat filius viri qui vocabatur Iith'ra Izreheleita, qui ingressus est ad Abigail filiam Nachas sororem Zeru'ie matrem Ioab. Hic Nahas est Iai pater Dauidis & istarum mulierum: ut paralipomenon testatur. Et castrametatus est Israel & Absalom in terra Ghilhad.

Cumque venisset Dauid in castra. Legendum est. in Machanaim, quia ut dictum est nomen est proprium ciuitatis. Sobi filius Nachas de R. abba filiorum Hammō. Iste frater Chanun regis Hammonitarum surrogatus creditur in praefectū Hammonitarum a Dauide, ut Nahas patri gratitudinis officium exhiberet. & Machir filius Hammiel de Lodebar, & Barzillai Ghilhadites de Rogelim. Stratoria & tapetia, Iuxta Hebreum habetur. & Hydrias & vasa fictilia, & frumenta & hordea & farinam & polentiam; & fabas & lentes & frixum oleo cicer. Iuxta Hebreum repetitur dictio interpretata polenta, significans grana tosta. & diuersorum generum grana torrefacta oblati significantur: primum enim grana frumenti, deinde grana leguminū significatur. & mel & burrum & oves & caseos vacinos, obtulerunt Daudi & populo qui erat cum eo ad descendendum: suspiciati sunt enim populum fame & siti fatigari in deserto. Iuxta Hebreum habetur. quia dixerunt, populus famelicus & lassus & fitibundus in deserto. hoc est ex via deserti venit lassus esuens & sitiens.

CAPVT XVIII.

Gitur considerato Danid populo suo. Iuxta Hebreum habetur. Et ordinauit Dauid populum qui cum eo: & posuit super eos tribunos & centuriones. Et misit Dauid populum, tertiam partem in manu loab, & tertiam partem in manu Abisai filii Zeru'ie fratri Ioab, & tertiam partem in manu Iithai Ghilhad. Insinuat author congregasse Dauide in Machanaim exercitū, ex hoc ipso q̄ describit & tres principes exercitus

SECUNDI REG.

exercitus & tribunos & ceteriones ordinatos à Davide. Dixitque rex ad populum, egrediendo egrediar etiam ego vobis. Dixitq; populus, non egredieris: quia si fugiendo fugiemus non ponent ad nos cor, & si morietur medietas nostrum non ponent ad nos cor, quia tu unus solus pro decem milibus computaris. Iuxta Hebreum habetur. quia nunc sicut nos decem milia, & est sensus, quia hoc tempore inueniuntur similes nobis decem milia (hoc est innumerabiles) similis autem tibi non inuenitur. directe enim rationem reddit verborū suorum. melius est ignorare ut sis nobis in urbe presidio. Legendum esset. & nunc bonum ut sis nobis à civitate in adiutorium. ut videlicet ab urbe opere feras nobis, prouidendo de opportunis. Et dixit ad eos rex, quod bonum est in oculis vestris faciam: stetitq; rex iuxta portam, & totus populus egrediebatur ceteri & milleni. Pracepitq; rex Ioab & Abisai & Ithai dicendo, seruato mihi puerum Absalom. Iuxta Hebreum habetur. leniter mihi puer Absalom. Et est sensus. animaduertite ut non impetu & furore impietatis Absalom, sed leniter cum eo agite intuitu mei. mensurari enim non possunt aggressiones impetuosa. & totus populus audiuit praeципientem regem omnibus principibus pro Absalom.

Egressusque est populus in capum in occursum Israel: & factum est prælum in saltu Ephraim. Quia trans iordanem ubi tribus Ephraim nihil habebat prælum hoc commissum est, ideo Ephraim hoc in loco non est nomen tribus, sed significat augmentum: ita quod in sylua augmenti narratur commissum prælum hoc. Et casus est ibi populus Israel coram seruis David: & fuit ibi plaga magna in die illa virginis millium. Fuitq; ibi prælum dispersum superfaciem totius terræ: & multo plures erant quos saltus consumperat de populo quam q; quos vorauerat gladius. Iuxta Hebreum habetur. & multiplicauit sylua ad vorandum populu pre iis quos vorauit gladius in die illo. Manifestatur modus: videlicet quod sylua multiplicauit feras ad vorandum vagantes per sylam. & ex multiplicatione animalium nominata videtur sylua illa sylua Ephraim ab augmentatione.

Accidit autem ut occurret Absalom seruis David. Iuxta Hebreum habetur. Et occurrit Absalom coram seruis David. Ratio quare diuenterit Absalon, insinuantur occursus ad seruos Davidis. & Absalom equitabat super mulum, & ingressus est mulus subter condensam quercum & magnam. Legendum est. subter densitatem elae grandis. Non quercus, sed elae arbor significatur tam

hic

CAP. XVIII.

193

hic quam inferius. & adhuc sit caput eius quercus. Iuxta Hebreum habetur. & innuit caput eius in elae, & datus est inter calum & inter terram, & mulus qui sub ipso transit. Non dicitur quod capillae eius illaqueauerint eum: sed quod caput eius penetraverit densos ramos elae magno impetu fugientis, & sic capite detenus, pendens relicitus fuerit transire secundum inchoatum cursum mulo.

Vidit autem vir unus, & nuncianit Ioab: & dixit, ecce vidi Absalom pendentes de quercu. Iuxta Hebreum habetur, suspensum in elae. Et hoc attestatur quod capite suspensus erat. Et ait Ioab viro nunciante ei: si vidiisti cur non percussisti eum ibi ad terram, & ego dedisse tibi decem argenteos. Iuxta Hebreum habetur. & meum fuisset dare tibi decem argenteos & unum baltheum. & nihil dicitur de pondere. Qui dixit ad Ioab: si appenderes in manibus meis mille argenteos, nequam mitterem manum meam in filium regis. Parui refert quod in prima persona scribitur hoc Hebraice. significatur enim quod non solum propter spem decem argenteorum, sed nec etiam si realiter in manibus meis ponderarem (hoc est reciparem) mille argenteos, ponere manum in filium regis. audientibus enim nobis præcepit rex tibi & Abisai & Ithai dicendo, custodite mihi puerum Absalom. Et si fecissem contra animam meam audacter. Iuxta Hebreum habetur. falsitatem, contraria vetitati quam mandauerat rex, nullum verbum absconditum esset à rege: & tu stares ex aduerso. hoc est tu non me adiuiasses, sed fuisses sicut stans ad videndum. Et ait Ioab, non sicut tu vis, sed agrediar cum coram te. Iuxta Hebreum habetur. non sicut expelabo coram te, quodammodo tu expectasti continentio te ab intersectione illius. tulitq; tria tela in vola sua & insixit ea in cor Absalom. Difficile videtur diuinare qualia tela fuerint. cum adhuc palpitaret. Legendum est. ipso adhuc vivente in corde elae, nec desribitur fete mortuus. Et cucurserunt. Legendum est. Et verterunt se decem pueri armigeri Ioab: percusseruntq; Absalom. ut multitudine vulnerum statim moreretur. & occiderunt eum.

Clanxit autem Ioab buccina, & reuersus est populus à persecuto Israel: volens parcer multititudini. Iuxta Hebreum habetur. quia prohibuit Ioab populum. Ratio reuersionis populi à persecuzione Israelis redditur. Et tulerunt Absalom & proiecerunt eum in saltu in foream grandem, & crexerunt super eum aceruum lapidum grandem valde: totisque Israel fugit, unusquisque in tentoria sua. Absalom autem tulerat: & crexerat sibi in vita sua titulus qui

B^b
erag

SECUNDI REG.

erat in valle regis. Qualis fuerit hic titulus, scriptura non tradidit. statuam tamē auiunt fuisse, non tamen statuam representantem hominem, sed manū: & propterea subiungitur quodd appellatur manus Absalon. dixit enim, non habeo filium, in monumentum nominis mei. Questio oritur circa veritatem huius dicti: quia superius cap. 14. scriptum est Absalon habuisse tres filios & vnam filiam. Solutio est quod tres illi filii geniti quidem narrantur, sed non quod fuerint superstites: & ex eo quod Absalon ideo exeret sibi titulum quia carebat filio, sufficienter insinuatur mortuos fuisse filios, vocavitque titulum nomine suo, & appellatur manus Absalom usque ad diem hanc.

Achimaham autem filius Zadoc dixit: currām queso & nunciabo regi quod iudicium fecerit ē dominus de manu inimicorum eius. Dixitq; ei Iob, non eris nuncius in hac die, sed nūciabis die altera: hodie nō nūciabis, eo quod filius regis mortuus est. Et ait Iob ad Chusi, vale nūcia regi quæ vidisti: adorauitq; Chusi Iob & cūcurrit. Non esse nomen proprium Chusi, sed significare Aethiopem, Hebraica phrasis testatur. ad deferendum enim nūcium mēstum misit Aethiopem. Rūsus autem achimahā filius Zadoc dixit ad Iob, & quid erit currām queso etiā ego post Chusi: dixitque Iob, propter quid currā fili mi, veni huc. Non habetur in Hebræo veni huc, nō eris boni nūciū baiulus. Hebraice anceps est sententia ad hanc quæ habetur in vulgata reditio ne, vel ad significandum quod non inuenies annunciationis p̄m̄. Quod autem subditur. Qui respondit, quid enim si cūcurrero. Iuxta Hebræū habetur. Et erit quid currā? Quasi dicaret: non est mihi curæ p̄m̄ aut mēstia ob mortem Absalō, sed erit hoc quod currā. Deliberasse se currere significat. Dixitq; ei, cūrre: & cūcurrit Achimaham per viam cōpendij, Iuxta Hebræum habetur. per viam planiciei, & transiit Chusi. Insinuatur hinc quod Chusi iuerat per viam rectam, montanam tamē, Achimaham autem per longiorem viā planiciei.

David autem sedebat inter duas portas: speculator vero iuerait in reū porta super murum, qui elevans oculos suos videt virum currentem solum. Clamauitque speculator & indicauit regi: dixitque rex, si filius est bonus est nūcium in ore eius: & ibat eundo & appropinquando. Et vidit speculator virum alium currentem: & clamauit speculator ad ianitorem & dixit, ecce vir currentis solus: dixitque rex, etiam iste bonus nūciat. Si enim in fugam versus fuisset exercitus, non unus solus appareret, sed multitudine. &

DICTONEREA

CAP. XIX.

194

propterea singulos solos currentes bonus esse nūcios protulit. Dixitq; speculator, video cursum prioris veluti cursum Achimahā filii Zadoc: & ait rex vir bonus est hic et cū nūcio bono venit.

Clamauit autem Achimaham & dixit ad regem, salve rex. Iuxta hebræum habetur, pax, & adorauit regem facie sua in terram: & dixit benedictus dominus deus tuus quib; conclusit homines qui lenauerunt manus suas in dominum meum regem. Vniuersa beneficia significauit, dicēdo regi hoc vnum nomen pax antequam adoraret regem: deinde explicauit victos fuisse hostes. Et ait rex, est ne pax puerō Absalom? dixitque Achimaham, vidi tumultum magnum cum misteret Iob seruum tuus o rex me seruum tuum nescio aliud. Iuxta hebræum habetur, mītente seruum ad regem Iob & seruum tuum & nesciuī quid. Hinc clare habetur quod Chusi erat seruus, ait enim Achimaham: mītente ad regem Iob seruum (proculdubio Chusi) & seruum tuum proculdubio meipsum, & nesciuī quid significaret tumultus ille magnus. Mendacium dixit quo ad hoc officiosum nolēs mēstum nūcium manifestare. Dixitque rex, verte te & sta hie: & verit̄ se & stetit.

Et ecce Chusi venit: & ait Chusi nūciatur domino meo regi quod iudicauit te dominus hodie de manu omnium insūgentium contrate. Dixit autem rex ad Chusi, estne pax puerō Absalom? dixitque Chusi, sicut puer inimici domini mei regis et omnes qui insūrgunt contra te in malum. Contristatusque est rex. Iuxta hebræum habetur. Et tremuit rex. Magnitudo tristitiae significatur ex tremore. & ascendit in cenaculum. Legendum est, super solarium porta & fleuit, qualecumque illud fuerit. Subiuncta autem verba legenda sunt sic. & sic dixit dum iret, fili mi Absalom, fili mi, fili mi Absalon. ter enim repetit fili mi, quis tribuet ut ego moriar pro Absalom fili mi, fili mi.

CAP V T. XIX.

Nunciatum est autem Iob: ecce rex flēt & luget super Absalō. Et fuit salutis in die illa in luctuotis populo: au- linuit enim populus in die illa dici, dolet rex de filio suo. Et declinauit populus in die illa ingredi ciuitatem, quo modo declinare solet populus versus & fugiens de prælio. Iuxta hebræū habetur. Et furatus est se populus in die illo ad veniendum in ciuitatem, sicut se furabatur populus erubescentes fugiendo e prælio. Assimilantur furibus studētibus ad occultādū se tā fugientes e prælio quam isti victores. Rex autē operuit caput suum. Iuxta

Bb ij hebræum

Hebreum habetur. operuit faciem suam. more lugentium. & clamabat voce magna; fili mi Absalom. Absalom fili mi. Deficiunt duas dictiones; videlicet, fili mi. tertio enim repetitur fili mi; & deinde narratur ingressus Iacob ad regem.

Ingressus q; est Iacob ad regem in domū; & dixit confusissi. Parui refert quod Hebraice habetur. fecisti erubescere hodie facies omnium seruorum tuorum. sententia enim eadem est. qui liberarunt animam tuam hodie. & animam filiorum tuorum & filiarum tuarū. & animam vxorū tuarum & animam concubinarum tuarū. Amando odientes te & odiendo diligentes te; offendisti enim hodie quod nō curas de principib; & seruis tuis; quia hodie cognoui quod si Absalom viueret & omnes nos hodie mortui essemus, tunc rectum esset in oculis tuis. Nunc igitur surge egredere. & alloquens satisfac seruis tuis. Parui refert quod Hebraice habetur. & loquere ad eos seruorum tuorum. hoc est ea quæ placent & consonant cordi seruorum tuorum. iuro enim per dominū. Hebraice habetur in praeterito. iurauit enim in lehonah quod te non excuse si dormies virtecum nocte. ad excitandum siquidem Dauidem ut annaret dicta ab ipso Iacob. dicit in praeterito. iurauit enim: perinde ac dixisset animaduerte iuramentum. quia iurauit in summo Deo &c. & peius erit tibi hoc omni malo quod venit super te ab adolescētia tua usque nūc. Surrexit ergo rex & sedit in portā: & toti populo nunciātū est quod rex sedet in portā. & venit totus populus in faciem regis. Israel autem fugit unusquisque in tēoria sua.

Omnis quoque populus certabat. Iuxta Hebreū habetur. Et fuit omnis populus iudicatus in omnibus tribubus Israēl dicēdo: rex liberauit nos de manu inimicorū nostrorum & ipse liberauit nos de manu Peliſthim. & nūc fugit de terra propter Absalō. Absalō autē quem uximus super nos. mortuus est in p̄elio. et nūc cur silentis ad reducendū regem? Narratur q; in cunctis tribubus quilibet populus fuit iudicatus: hoc est tanquā iudicio cōvictus. reprehensus & excitatus ab aliquibus ad reducendū regem Dauidem. arguebantur enim ex beneficiis receptis à Dauide: conuincebantur autem quia Absalon iam mortuus erat. & ipsa vīctoria Dauidis excitabat. Et consilium totius Israēl venit ad regem. Non habetur hæc clausula in Hebreo.

Rex autem Dauid misit ad Zadoc & Eb' iathar sacerdotes dicēdo: loquimini ad seniores Ichude dicendo. car venisti. Iuxta Hebreum habetur. quare eritis vītimi ad reducendum regē in domū suam? Sententia clara est. Sermo autē totius Israēl venit ad regem

in domum eius. Verba ista regis Dauidis sunt ad sacerdotes vt ea dicerent senibus Iudæ. ad declarandum illud verbū quare eritis vītimi: quia videlicet & verbum omnis Israēl venit ad regem ad domum suam; hoc est ad reducendum regē in domū propriā dicentibus enim sacerdotibus hoc ad senes Iudæ. mōstrabatur eis quod iā omnis Israēl significauerat Dauidi bonum animum suū erga regem. quia dixerat rex. hæc dicitis ad populum Iude. Nō habentur hæc verba in Hebreo: sed contextitur sermo regis ad sacerdotes. referēdus senibus Iudæ. nam immediate sequitur. Fratres mei vos, os meum & caro mea vos. erat enim ipse Dauid de tribu Iudæ. cur ergo eritis nouissimi ad reducendum regem? Et Hamasē dicitis. nōne os meū & caro mea es? sic faciat mihi deus & sic addat. Nomē est Elohim. si non magister militi. Iuxta Hebreum habetur. princeps exercitus eis coram omnibus diebus pro Iacob. Sed oritur quæstio circa iustitiam huius promissionis: eo quod Iacob principatum exercitus obtinuerat iure primi ascensus ad arcem sion; ut scribit, t. paralipomenon vndecimo: minus ergo iustū erat ut priuaretur principatu absque culpa. Solutio est quod Dauid promiserat quidem principatum primo ascēdenti in arē sion, sed nūquam legitur quod promiserit ei ut esset dux totius exercitus. aliud est enim esse principem seu ducem in exercitu. & aliud est esse ducē totius exercitus. multi siquidem erant in exercitu duces ac principes: unus autē erat dux totius exercitus. qui erat super omnes alios principes. & propterea liber erat Dauid ad conferendum principatum totius exercitus. quem cōtulerat Iacob ut scribitur superius in ca. 8. Et rationi consentaneū est ut Dauid de consensu ipsius Iacob promiserit Hamasē principatum exercitus. ad hoc ut Hamaſa non impedit reditum tribus Iudæ ad regem Dauidem. Crediderim ego Dauidem suassisce Iacob ut secū iam fere senex quiesceret in Ierusalem ad regimen totius regni. & rebus bellicis cederet oblatā nūc hac occasione. Et inclinavit cor omnium virorum Ichude quasi viri viuius: & miserunt ad regē. reuertere tu & omnes seruitū tuū. Ecce effectus principat⁹ promissi Hamasē. nam nō dicitur & inclinauerunt sacerdotes: sed dicitur inclinauit, proculdubio Hamasē cuius immediate autē mentio facta est. Et reuersus est rex & venit usque ad iarden: & Ichude venit in Ghilgal ut occurreret regi & traduceret eum iarden.

SECUNDI REG.

Festinavit autem Simhi filius Gher et filii Iemini quod erat de Ba-
churim: & descendit cum viris Ichude in occursum regis David. Et
mille viri erant cum eo de Beniamin. Semei qui maledixerat re-
gi (vt scriptum est superius ca. 16.) festinavit ad pertendu-
viam. & Siba puer domus Saul. qui accusauerat Mephiboseth
ut ibibem scribitur. & quindecim filii eius & viginti serui eius
cum eo: & sederunt Iarden ante regem. Et transierunt vada. Iuxta
Hebraeum habetur. Et transibit nauicula ad faciendum transfire
domum regis & ad faciendum bonum in oculis eius. Intelligo multi-
tas nauiculas significari per nauiculam ad vehendum & perso-
nas & res prout placeret regi. Simhi autem filius Ghera prostratus
est coram rege, cuius traxisset Iarden. non rex, sed ipse Semei immo-
hebraicè scribitur quod in ipso traxitu (hoc est quod statim ut
Semei transiuit Iordanem) prostrauit se coram rege. Et dixit ad
rege: non imputet mihi dominus meus iniquitatem & non memine-
ri quod inique egit seruus tuus in die qua egressus est dominus meus
rex de Ierusalaim, vt ponat rex ad cor suum. Nouis enim seruus tuus
quod peccavi: & ecce veni hodie primus de omni domo Ioseph. Iu-
xta Hebraeum habetur. omni domui Ioseph ut descendenter in oc-
cursu domini mei regis. Iste enim Semei de tribu erat beniamini:
tum quia clare dicitur filius Iemini, hoc est beniamini: tum
quia cum mille viris de Beniamini venit, proculdubio ab ipso
cōgregatis. nec supputat se in domo Ioseph, sed in signū pē-
nititudinis p̄uenisse se dicit vniuersam domū Ioseph: hoc est
tribum Ephraim & Menassis descendentes ex Ioseph qui fuit
primogenitus Rachelis: cū debuisset tribus Beniamini simul
venire cum tribu Ioseph ut minor frater deferret maiori.

Respondit autem Abisai filius Zeru'ie & dixit: an propter hoc
non morietur Simhi qui maledixit Christo domini? Et ait David:
quid mihi & vobis filii Zeru'ie? qui estis propensi ad vindi-
ctam. car efficiemini mihi: Legendum est. quia eritis mihi ho-
die in Satan. hoc est vos creditis partes meas fouere, & tamen
in hoc eritis mihi hodie in aduersarii officium. Et rationem
subiungit: quia dies hodiernus est tanquam dies creationis
meae in regem oportet me agere tanquam nouum regem &
obliuisci præteriorū. an hodie morietur vir in Israel? quia nonne
noui quod hodie sum rex super Israel? Et ait rex ad Simhino mor-
rieris: iurauitque ei rex.

Mephiboseth quoque filius Saul descendit in occursum regis. In-
ter occurrentes regi conumeratur hoc in loco Mephiboseth:

cum

CAPVT XIX.

196.

Eum tamen occursus eius fuisset secundum ordinem rei ge-
stæ narrandus postea. illos pedibus & intonsa Barba. Iuxta
Hebraeum habetur. & non fecit pedes suos & non fecit labium
suum & vestes suas non lavit à die abitus regis usque ad diem quo
rediit in pace. Testatur scriptura luctum assumptum à Me-
phiboseth propter fugam regis Davidis quo ad tria: quia nec
curam pedium abluedo incidendue vngues, nec curam la-
bii minuendo pilos circa labia & concinnando barbam egit
nec vestes suas abluit. vt intelligamus quod ibique accusa-
tus fuerit à seruo suo, & inique damnatus à Davide. Cūque
occurrit regi. Iuxta Hebraeum habetur. Et fuit cum venit Ie-
sus aliam in occursum regis, dixit ei rex, cur non venisti mecum Me-
phiboseth? Ne putatur quod Mephiboseth occurrit regi
ad lordanē describitur tēpus aliud: videlicet quando ciuitas
Ierosolimitana venit in occursum regis. tunc enim ipse Me-
phiboseth venit obuiā regi. Et dixit, domine mi rex seruus meus
cōtempsite. Iuxta Hebraeum habetur. decepit me. apparet enim
hinc quod Siba requisitus à Mephiboseth dixerit se iturum
cum Mephiboseth ad regem Davidem vt comes esset fugiē-
tis: & quod decepserit eum eundo ad Davidem cum munus-
culis sine (immo contra) Mephiboseth. dixit enim seruus tuus
vt sternet mihi asinum. Iuxta Hebraeum habetur. sternam mi-
hi asinum & equitabo super eum, & ibo ad regem. quid claudas eū
seruus tuus. Etiam hunc laborem sternendi asinum non impo-
nebat Sibæ. Et accusauit me seruum tuum apud te dominum meum
regem: tu autem domine mi rex sicut angelus dei es. Nomen est Elo-
him: fac quod bonum est in oculis tuis. Quia non fuit tota domus pa-
tri mei nisi homines mortis domino meo regi, et posuisti seruum tuum
inter conuinias mens tua: quia est ergo mihi amplius iustitia ad cla-
mandum amplius ad regem? Dixit autem ei rex, quid ultra loque-
ris: si xum est quod locutus sum. Iuxta Hebraeum habetur. dixi. Et
immediate sequitur. tu & Siba dividite agros. Et est se fēsus diffi-
niui hanc sententiā: videlicet tu & Siba dividite agros. Prius
David fuerat præcepis dando totum Sibæ inaudita parte: mo-
do audita parte, sed indiscussa veritate manifeste iniustus in-
uenitur & ingratissimus Ionathæ patri. Mephiboseth. Et he-
brai dicunt in pœnam huius peccati diuisum fuisse regnum
Davidis tempore nepotis eius R oboam: vt inferius scribitur.
Dixitq; Mephiboseth ad regem: etiam totum tollat postquam venit
dominus meus rex in pace in domum suam.

Bb illij Barkillat